

Tradit Aventino, qui, quo regnarat, eodem  
 Monte jacet positus, tribuitque vocabula monti.  
 Jamque Palatinæ summam Proca gentis habebat.  
 Rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas  
 Inter Hamadryadas coluit solertius hortos,  
 Nec fuit arborei studiosior altera fœtus,  
 Unde tenet nomen. Non silvas illa, nec amnes;  
 Rus amat, et ramos felicia poma ferentes.  
 Nec jaculo gravis est, sed adunca dextera falce;  
 Quâ modo luxuriam premit, et spatiantia passim  
 Brachia compescit, fisso modo cortice, lignum  
 Inserit, et succos alieno præstat alumno:  
 Nec sentire sitim patitur, bibulæque recurvas  
 Radicis fibras labentibus irrigat undis.  
 Te, Vertumne, tamen metuens, pomaria claudit.  
 O quoties habitu duri messoris aristas  
 Corbe tulit, verique fuit messoris imago.  
 Tempora sæpe gerens fœno religata recenti,  
 Desectum poterat gramen versare videri:  
 Sæpe manu stimulos rigidâ portabat, ut illum  
 Jurasses fessos modo disjunctis juvencos.  
 Falce datâ, frondator erat, vitisque putator:  
 Induerat scalas, lecturum poma putares:  
 Miles erat gladio, piscator arundine sumptâ.

*Aventino.* Uno de' sette colli di Roma.

*Pomona.* Dea dei pomi.

*Hamadryadas.* Vedi Lib. I. Cap. XVIII.

*Nec jaculo etc.* Pomona non andava armata di strali, ma di falce per recidere i rami troppo lussureggianti.

*Premis.* Pota.

*Passim.* In ogni parte.

*Fisso . . . cortice, etc.* Descrive l'innestatura.

*Lignum.* Marza.

*Alieno . . . alumno.* Alla marza trasportata da un albero in un altro.

*Labentibus . . . undis.* Rivi.

*Habitu . . . messoris.* Vestito alla foggia de' mietitori.

*Disjunctis.* Aver levato dal giogo.

*Induerat scalas, etc.* Se si era posta in dosso la scala, la avresti creduto che andasse a cogliere le frutta.

*Arundine.* Amo da pescare.

## C A P. XVI.

*Le acque fredde mutate in calde. Origine di Roma.  
 Alleanza de' Romani coi Sabini.*

**P**roximus Ausonias injusti miles Amuli  
 Rexit opes, Numitorque senex amissa nepotum  
 Munere regna capit, festisque Palilibus urbis  
 Mœnia conduntur. Tatiis, patresque Sabini,  
 Bella gerunt: arcisque viâ Tarpeia reclusa,  
 Dignam animam pœnâ congestis exiit armis.  
 Inde sati Curibus, tacitorum more luporum,  
 Ore premunt voces, et corpora victa sopore  
 Invadunt, portasque petunt, quas objice firmo  
 Clauserat Iliades; unam tamen ipsa reclusit,  
 Nec strepitum verso Saturnia cardine fecit.  
 Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit,  
 Et clausura fuit, nisi quod rescindere nunquam  
 Dis licet acta Deum. Jano loca juncta tenebant

*XVI. Proximus Ausonias etc.* Subito, dopo Foca, regnò Amulio. *Miles Amuli.* Amulio regnò per mezzo de' suoi satelliti. Qui è chiamato ingiusto perchè tolse il regno al fratello Numitore.

*Nepotum.* Romolo e Remo nati di Rea Silvia figlia di Numitore.

*Palilibus.* Palilie chiamavansi le feste in onore di Pale Dea de' pastori. Roma fu fabbricata appunto nel giorno in cui si celebravano queste feste.

*Bella gerunt.* A motivo del ratto delle Sabine. Tazio era re dei Sabini.

*Arcisque viâ etc.* La via alla fortezza che poi si chiamò Campidoglio. Vi presedeva Spurio Tarpeio. La sua figlia Tarpeia andata per acqua fuori delle mura si lasciò sedurre da Tazio colla promessa di un piccolo dono e aprì la via della fortezza ai Sabini. Il premio che ne ebbe fu quello che si conviene ai traditori: giacque oppressa sotto le armi nemiche (*congestis armis*).

*Sati Curibus.* La città capitale de' Sabini era Cure.

*Ore premunt voces, etc.* In silenzio invadono Roma.

*Iliades.* Romolo figlio di Ilia (*Rea Silvia*).

*Saturnia.* Giunone figlia di Saturno che esercitava l'antico odio anche contro i posteri di Enea.

*Nisi quod rescindere etc.* Venere favorevole ai discendenti del suo Enea avrebbe richiusa la porta quando fosse stato in suo potere: ma neppure gli Dei possono disfare il fatto da altri Dei.

*Jano etc.* Al tempio di Giano il quale credesi fabbricato da Romolo. Presso questo tempio vi erano fontane di acqua fredda, le

Naiades Ausoniae gelido rorantia fonte:  
 Has rogat auxilium; nec Nymphæ justa petentem  
 Sustinuere Deam, venasque et flumina fontis  
 Elicuere sui. Nondum tamen in via Jani  
 Ora patentis erant, nec iter præcluserat unda.  
 Lurida supponunt fœcundo sulfura fonti,  
 Incenduntque cavas fumante bitumine venas.  
 Viribus his, aliisque, vapor penetravit ad ima  
 Fontis, et Alpino modo quæ certare rigori  
 Audebatis aquæ, non ceditis ignibus ipsis.  
 Flammiferâ gemini fumant aspergine postes,  
 Portaque, nequicquam rigidis permessa Sabinis,  
 Fonte fuit præstructa novo, dum Martius arma  
 Induerêt miles: quæ postquam Romulus ultro  
 Obtulit, et strata est tellus Romana Sabinis  
 Corporibus, strata estque suis, generique cruorem  
 Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis;  
 Pace tamen sisti bellum, nec in ultima ferro  
 Decertare placet, Tatiumque accedere regno.

quali alle preghiere di Venere a un tratto divennero calde e impedirono ai Sabini di assaltare i Romani.

*Naiades.* Dee dei fonti.

*Nec . . . sustinuerunt etc.* Non ebbero cuore di ricusarsi a Venere che ecc.

*Jani ora patentis.* Il tempio di Giano stava aperto in tempo di guerra.

*Lurida.* Pallidi.

*Viribus his.* Coll'aiuto del bitume.

*Alpino . . . rigori.* Freddo delle Alpi.

*Postes.* Del tempio di Giano.

*Rigidis.* Bellicosi, di severi costumi.

*Permissa.* Consegnata da Tarpeia.

*Dum Martius arma etc.* Finchè i soldati romani ebbero tempo ad armarsi.

*Strata.* Fu ricoperta.

*Generi etc.* I Romani aveano prese a mogli le figlie dei Sabini: perciò i combattenti erano generi e suoceri: perciò la loro guerra era empia.

*Pace tamen sisti etc.* Per evitare l'intero estermidio de' due popoli piacque far pace, e Tazio venne a parte dell'impero con Romolo.

## CAP. XVII.

*Romolo ascritto tra gli Dei.*

Occiderat Tatius, populisque æquata duobus,  
 Romule, jura dabas; posita cum casside Mavors  
 Talibus affatur divumque hominumque parentem.  
 Tempus adest, genitor (quoniam fundamine magno  
 Res Romana valet, et præside pendet ab uno)  
 Præmia jam promissa mihi, dignoque nepoti  
 Solvere, et ablatum terris imponere cælo.  
 Tu mihi concilio quondam præsentem Deorum  
 (Nam memoro, memorique animo pia verba notavi)  
 Unus erit, quem tu tolles in sidera cæli:  
 Dixisti: rata sit verborum summa tuorum.  
 Annuit omnipotens, et nubibus aëra cæcis  
 Occuluit, tonitruque et fulgure terruit orbem.  
 Quæ sibi promissæ sensit data signa rapinæ,  
 Innixusque hastæ, pressos temone cruento  
 Impavidus conscendit equos Gradivus, et ictu  
 Verberis increpuit, pronumque per aëra lapsus  
 Constitit in summo nemorosi colle Palati:  
 Reddentemque suo non regia jura Quiriti

XVII. *Occiderat Tatius.* Tazio morì a Lavinio l'anno 42 di Roma.  
*Jura dabas.* Comandavi. Romolo, morto Tazio, comandò ugualmente ai due popoli romano e sabino.

*Posita . . . casside.* Levatosi l'elmo in segno di rispetto.

*Fundamine magno etc.* Roma è bene stabilita.

*Nepoti.* A Romolo.

*Rata sit verborum etc.* Si ratificò, si rechi ad effetto la tua parola.

*Cæcis.* Oscure.

*Quæ sibi promissæ etc.* Marte si accorse da questo segno che gli veniva concesso di togliere Romolo dal mondo e di trasportarlo nel Cielo.

*Pressos temone.* Aggiogati, attaccati al carro.

*Gradivus.* Marte.

*Verberis.* Flagello.

*Increpuit.* Incitò.

*Palati: etc.* Il colle Palatino è uno de' sette di Roma.

*Non regia jura.* Che governava non a modo di re, ma moderatamente, umanamente. Alcuni storici dicono invece che la faceva da tiranno e che perciò fu ucciso dai senatori. Secondo Livio,

Abstulit Iliaden. Corpus mortale per auras  
Dilapsum tenues; ut latâ plumbea fundâ  
Missa solet medio glans intabescere cælo.  
Pulcra subit facies, et pulvinaribus altis  
Dignior, et qualis trabeati forma Quirini.

## C A P. XVIII.

*La moglie di Romolo è trasformata nella Dea Ora.*

**F**lebat, ut amissum, conjux: cum regia Juno  
Irin ad Hersiliam descendere limite curvo  
Imperat, et vacuæ sua sic mandata referre.  
O, et de Latio, o et de gente Sabinâ  
Præcipuum matrona decus, dignissima tanti  
Ante fuisse viri conjux, nunc esse Quirini,  
Siste tuos fletus, et, si tibi cura videndi  
Conjugis est, duce me lucum pete colle Quirino  
Qui viret, et templum Romani Regis obumbrat.  
Paret, et in terram pictos delapsa per arcus,  
Hersiliam jussis compellat vocibus Iris.  
Illa verecundo vix tollens lumina vultu,

Romolo scomparve dalla terra mentre faceva la rivista delle truppe presso la palude di Caprea.

*Quiriti.* I Romani si chiamarono Quiriti dopo che ad essi si unirono i Sabini venuti da Cure.

*Per auras dilapsum etc.* Discioltosi per l'aria ecc.

*Intabescere.* Liquefarsi. Ma è falso che la palla scagliata mentre vola per l'aire si liquefaccia.

*Pulvinaribus.* Si chiamavan così i letti posti nel tempio ove si esponevano all'adorazione le statue degli Dei. Ma qui significano gli onori divini resi a Romolo.

*Trabeati.* La *trabea* era una veste purpurea cui era frammisto un poco di bianco. Se ne vestivano i re, i consoli, e le statue degli Dei. Intendi: Assunse un aspetto più augusto, e simile a quello che si vede rappresentato nelle dipinture vestito del manto purpureo.

XVIII. *Conjux.* Ersilia moglie di Romolo.

*Limite curvo.* Sul suo arco.

*Vacuæ.* Vedova.

*Viri conjux, nunc etc.* Prima moglie di un uomo, ora di un Dio. Romolo quando fu ascritto tra i celesti ebbe il nome di Quirino.

*Colle Quirino.* Appena Romolo scomparve dal mondo gl'inalzarono un tempio sul colle che dal suo nome si chiamò Quirinale.

O Dea (namque mihi, nec quæ sis dicere promptum est,  
Et liquet esse Deam) duc, o duc, inquit, et offer  
Conjugis ora mihi, quem si modo posse videre  
Fata semel dederint, cælum accepisse videbor.  
Nec mora; Romuleos, cum virgine Thaumantea,  
Ingreditur colles: ibi sidus ab æthere lapsum  
Decidit in terras; a cujus lumine flagrans  
Hersiliæ crinis cum sidere cessit in auras.  
Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis  
Excipit, et prisicum pariter cum corpore nomen  
Mutat, Oramque vocat: quæ nunc Dea juncta Quirino est.

*O Dea.* Il Poliziano ha una forma consimile:

O qual che tu ti sia, vergin sovrana,

O Ninfa, o Dea, ma Dea mi sembri al certo ecc.

*Cælum accepisse videbor.* Senso. Mi reputerei felicissima.

*Romuleos . . . colles.* Il Quirinale.

*Thaumantea.* Iride figlia di Taumante.

*Cessit in auras.* Si levò in aria.

*Notis.* Colle quali spesso l'aveva abbracciata in terra.

*Nunc Dea juncta etc.* Ora si venera in un medesimo tempio con Romolo.